



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

74. Christus relicta Galilæa, proficiscitur in Iudæam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

CAP. 74. *Christus relicta Galilæa, proficiscitur in Iudæam.*  
 Matth. 19. \* 72. Mar. 10. \* 72.

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
<p><b>E</b>T factum est, cum cōsummasset Iesus sermones istos, migravit à Galilæa, &amp; venit in fines Iudææ trans Iordanem, &amp; secutæ sunt eum turbæ multæ: &amp; curavit eos ibi. * 99.</p>	<p><b>E</b>T inde exurgens, venit in fines Iudææ ultra Iordanem: &amp; conueniunt iterum turbæ ad eum. &amp; sicut consueuerat, iterum docebat illos. * 99.</p>		

CAP. 75. *Iesus Hierosolyma clam profectus est ad diem festum Tabernaculorum.* Iohan. 7. \* 59.

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			<p><b>E</b>Rat autem in proximo dies festus Iudeorum, Scenopegia. Dixerunt autē ad eum fratres eius, Transi hinc, &amp; vade in Iudæam, vt &amp; discipuli tui videant opera tua quæ facis. Nemo quippe in occulto quid facit, &amp; quærit ipse in palam esse. si hæc facis, manifesta te ipsum mundo. Nequē enim fratres eius credebant in eum. Dicit ergo eis Iesus, Tēpus meū nondum aduenit: tempus autem vestrū semper est paratum. Nō potest mundus odisse vos, me autē odit: quia ego testimoniū perhibeo de illo quod opera eius mala sunt. Vos ascendite ad diē festum hunc. ego non ascendo ad diem festum istum: quia meum tempus nondum impletum est. Hæc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa. Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc &amp; ipse ascendit ad diem festum, non manifestè, sed quasi in occulto. * 78.</p>

O Cap.